

I. *Observatio Solaris Deliquii celebrati Die 25. Septemb. 1726. habita Ulyssipone in Observatorio Regii Palatii A' P. Jo. Baptista Carbone, Soc. Jesh.*

COELO, præter spem, clarissimo Deliquium hoc Ulyssipone conspeximus, ejusque finem tantum non vidimus; monte siquidem interjecto, delituit Sol uno circiter minuto temporis antequam plenè restitueretur. Ad id ego observandum Telescopio usus sum pedum 8. Parisinorum, quod micrometro instruxeram accuratissimè elaborato. Nonnulla tamen observanti accesserunt incommoda, quibus præpedientibus, macularum Solarium (quamplures eo die videbantur in Sole) Immerisiones, atque Emerisiones, quin & phases aliquot digitorum investigare, aut opportunè adnotare non licuit. Quas tamen observare datum est, eas sanè sensibili errore carere autumo; tum quòd in digitis Solaribus rectè dimetiendis nullam prætermissem diligentiam; tum quod correctionem temporis (cui potissimum nititur hujusmodi Observationum veritas) repetitis eo die Observationibus accuratissimè investigaverim. Ne verò suo careat testimonio prædicta correctio, duas hæc apponam altitudines Solis, quarum alteram ante Eclipses initium, alteram sub ejus finem, Quadrante Astronomico trium pedum Parisinorum, deprehendi; & utraque sanè Observationi Meridianæ consentit, ejusdemque defectus horologium arguit.

In Meridie verò, seu Apparenti indicabat horologium. - - - - -	} H. ' "	II 58 34
Nempe deficiebat à Tempore vero - - -		
Y y		I 26 A'



	0	1	11
A' Meridie; Altitudo vera centri Solis	28	53	45
Ejusdem Declinatio Australis - - -		53	18
Altitudo Poli, ex pluribus Observati-	38	42	0
onibus, certa, saltem quoad minuta prima }			
Quibus datis invenitur per Trigonome-	50	49	36
triam arcus distantiae Solis à Meridiano }			
	H.	1	11
Qui, si in tempus convertatur, dat - -	3	23	18
Indicabat verò horologium - - - -	3	21	48
Ergo à tempore vero deficiebat - - -		1	30

	0	1	11
Iterum, Altitudo vera centri Solis - -	4	52	54
Ejusdem Declinatio Australis - - -		55	24
Altitudo Poli, ut supra - - - -	38	42	0
Ex quibus denuò per Trigonometriam }	82	59	40
infertur arcus distantiae Solis à Meridiano }			
	H.	1	11
Qui in tempus conversus, dat - - -	5	31	59
Indicabat verò horologium - - - -	5	30	26
Ac proinde à tempore vero deficiebat - -		1	33

Hanc igitur æquationem tempori horologii prudens addidi, quò fieret tempus verum, seu apparens correctum, eoque usum in sequentibus Observationibus.

	Temp.	Ver.
	H.	1
		11
Incipit limbus Lunæ limbum Solarem }	5	59
perfringere. <i>dub.</i> - - - - - }		50
I. Digitus latet - - - - -	4	5
II. Digitus - - - - -	4	10
III. Digitus - - - - -	4	16
Dimidium quarti - - - - -	4	20
IV. Digitus - - - - -	4	23
		48
	V.	Di-

	H.	'	"
V. Digitus - - - - -	4	31	5
Dimidium sexti - - - - -	4	34	51
VI. Digitus - - - - -	4	38	57
VII. Digitus - - - - -	4	47	57
Dimidium octavi - - - - -	4	54	59
Maximæ obfurationis tempus, quantum ex reliquis phafibus colligi potest - - - - -	4	58	30
Ejusdem verò Quantitas, dig. 7. min. 45. nempe revolutiones cochleæ 11. & $\frac{2}{3}$, quarum 18. integras præcontinebat Diame- ter Solis. - - - - -			

E M E R S I O.

	H.	'	"
Dimidium feptimi digiti latet - -	5	13	40
VI. Digitus - - - - -	5	17	58
V. Digitus - - - - -	5	25	58
Dimidium quinti - - - - -	5	29	43
Dimidium quarti - - - - -	5	36	49
III. Digitus - - - - -	5	40	8
Dimidium tertii - - - - -	5	43	14
II. Digitus - - - - -	5	46	10
Dimidium fecundi - - - - -	5	48	58
I. Digitus - - - - -	5	51	40
Limbus Solis inferior montem fringit. Sol totus delitefcit, adhuc deficiens } min. circiter 12. nempe $\frac{1}{3}$ unius digiti. }	5	52	42
	5	55	27

Altitudo apparens montis, seu limbi superioris Solis, 57' 30", quæ correctâ, erit 34' 29"; ex his rursus subtractâ quantitate semidiametri Solaris 16' 4' remanebit, altitudo vera centri Solis, quando totus delituit 18' 25"; ex qua, reliquis etiam datis, infertur per Trigonometriam hora prædictæ altitudini respondens, nimirum - - - - -	}	5 55 27
Occasus Solis verus - - - - -		5 57 1
Sed apparens, propter refractionem, circ.		6 0 0
Unde patet, finem Eclipsæ in nostro Hemispherio visibilem fuisse; contigit enim, quantum ex prædictis colligi potest, circiter. - - - - -	}	5 56 50

II. Lunarîs Eclipsæ celebrata die 10. Octob. an. 1726. & in Observatorio Collegii D. Antonii Magni observata ab Eodem.

Innumeris ea nocte vaporibus inficiebatur aër, qui spissiores in nubes paulatim densabantur, ipsamque Lunam non mediocriter offuscabant. Verebar proinde, ne non bene mihi, ac feliciter Lunarîs Defectus Observatio contingeret; futuram enim obnubilum tota ea nocte cœlum videbatur. Sub mediam verò noctem, Euro-Borea spirante, sensim aër diverberari, mox etiam dispergi nubes visæ sunt; atque horâ circiter secundâ Occidentalis plaga, ad quam Luna vergebat, nitidissima apparuit, eademque ad finem Eclipsæ permansit. Nullo igitur